

ionai de objecto simpliciter impossibili: primarium autem objectum virtutis penitentie, nempe peccatum commissum ab eo qui eam habet, grat omnino Christo impossibile, cum esset ab intrinseco impeccabilis ratione unita hypothatice, ut in Tractatu de Incarnatione disp. 20. art. i. vistum est.

89. Dices: Licet Christus non potuerit habere nisi actum conditionatum satisfaciendi pro peccato suo, cum ab intrinseco esset impeccabilis / potuerit tamen elicer, & de facto elicer actum absolutum sufficiendi pro peccatis hominum: Sed talis actus, nullo alio habito quam a penitentia potuit elici, quia attingere peccatum sub ratione offense, ut compensabile per satisfactionem, est proprium habitus penitentie: Ergo talis habitus fuit in Christo.

90. Respondeo, concessa Majori, negando Minorem; cum enim Christus potuerit pro peccatis hominum satisfacere Deo ad qualitatem, & de facto ei satisficeret, voluntate absoluta quam habuit sufficiendi pro peccatis nostris, non potuit elici a virtute penitentie, que est pars penitentialis justitiae, sed a justitia commutativa, que est vera & stricta justitia, compensans debitum ad equalitatem, & satisfaciens de toto rigore iustitiae. Unde ad probacionem in contrarium, in qua dicitur, quod attingere peccatum sub ratione offense, ut compensabile per satisfactionem, est proprium penitentie, dicendum est, hoc esse verum, cum peccatum attingitur ut compensabile per satisfactionem inaequalem; falsum vero, cum respiciunt ut compensabile per satisfactionem condignam & aqualem; nam sub hac ratione non potest attingi a penitentia, sed solum a justitia commutativa, quia proinde non potest esse in homine puro in ordine ad Deum, cum purus homo non possit pro peccato satisfacere ad equalitatem; sed solum in Christo, qui per actiones Theandricas, & valoris simpliciter infiniti, condignius & rigorosius satisfactionem pro peccatis hominum Deo exhibuit, ut in Tractatu de Incarnatione disp. 4. art. 3. sicut edidimus.

91. Inferes quinto, habitum penitentis repugnare Angelis; cum enim immobiliter adhaerentem objecto sensu electo, non possint retractare actum elicium, nec per consequens de illo ponentes. Unde Fulgentius de fide ad Petrum, cap. 3. sit quod omnes illi provocatores Angelii, nec mala posse unquam voluntate carere, nec panis: Ex Gregorius 34. Moral. cap. 6. Cor. antiqui hostii (inquit) ut lapsi inducitur, qui nulla unquam conversionis penitentia inveniatur. Et rursus cap. 14. Appetitus celsitudinis vestris in rigorem mentis, ut dannatus sum per duritiam se male effigie non sentias.

92. Inferes sexto, habitum penitentis remanere in beatis, cum quia cum hanc virtutem habuerint in via, non est eam amittant in patria magis quam alias virtutes, quae veriantur circa passiones, & a suis actibus in gratia omnino cessant. Tum etiam quia stante abfiliis possibilitate objecti primarii, & actus circu illud, merito ponitur habitus virtutis in subiecto, propter alios actus secundarios quos in illo potest exercere: cum autem beati non sint impeccabiles absolute, sive ex natura, sed tantum ex gratia, objectum primaria penitentie, & ejus actus, absolute possibilis sunt, respectu sicut: possunt insuper exercere, & de facto exercenter actus secundarios talis virtutis, primo gratias agendo Deo offerto pro misericordia qua relaxavit eorum peccata: neque enim illi actus pertinet ad virtutem gratitudinis, ut docuit Vasquez, cum gratitudine Deum ut benefactorem, non vero ut offendit recipiat: secundo gaudendo de actibus ejusdem virtutis habiti in via, ejusdem enim virtutis est (ut docet D. Thomas 1. 2. quæst. 59. art. 4.) gaudere de propriis actibus, cuius est operari illos. Ex quibus etiam sequitur a fortiori Adamum, etiam in statu innocentie, habuisse talis virtutem, ut ipote cum statu iustitiae originis relinquenter eum liberum ad peccandum, & effet sic dispositus, ut penitenter, ut peccaret: immo licet Beata Virgo, ex privilegio speciali, fuerit præfervata a peccatis, etiam venialibus; tamen quia ex conditione sui statutus, præfendendo a tali privilegio, poterat peccare; aliunde vero habuerit gratiam iustificantium, ad quam siue natura siue virtutes morales insufflatae cum penitentia consequentur, non est (quidquid dicat Nigro) cur in ea gratiam a virtute penitentie se fungamus. Deinde loquendo de parvulis, cum in ipsis maneat libera facultas peccandi, licet ob defectum illustrationis ad exercitio suo per accidens impedita, aliunde vero penitentia cum ceteris virtutibus supernaturalibus naturaliter sequatur ad gratiam; sicut sunt capaces gratie, ita & penitentia. Unde Augustinus lib. 1. de peccat. merit. c. 19. hanc questionem propositam, Quomodo & ipsi infantes volunt in penitentiam? Numquid tanillas possit aliquid penitire? ita solvit: si propera penitentie dicendi non sunt, quis sensum penitendi nondum habet, nec fidet dicendi sunt, quia somnis sensum credendi nondum habet. Si autem propera recte fidet vocans, quantum sicut per verba gestorum quadammodo profertur: cur non prius etiam

penitentes haberent, cum per eorum verba gestantur, diabolus & huic saeculo renunciare monstrantur?

Inferes septimo, prater habitum penitentie supernaturalis, dari habitum penitentie naturalis. Naturaliter enim cognoscitur peccatum esse contrarium rationi, subinde quo prime regulæ & legi externæ, cuius ratio naturalis est participatio: Ergo potest voluntas viribus propriis illud defestari, ut ratione & legi aeterna contrarium, nec hoc excedit ipsius vires: igitur ex talibus actibus signi potest habitus faciliter voluntatem ad confusiles actus eliciens. Hinc sequitur quod in statu naturæ pars penitentie vera habuit penitentie naturalis, cum in eum statu potuerit hominum dolere sepe de peccatis in Deum ut auctorem nature committitis, cum ligea venie, plures enim ex Gentilibus lumine fidei deficiunt, solo rationis naturalis ducta, offerebant olim Deo sacrificia ad placandum ipsum pro peccatis, ut scribitur Plato lib. 10. de legibus. Unde Ovidius 1. de Ponto, de diis suis ait:

Sepi levare panas, erepque lumen reddunt,
Dum bene peccatis pantruisse vident.

D I S P U T A T I O III.

De remissione peccatorum Mortalium.

Ad quest. 86. Divi Thomæ.

Explícita natura penitentie, tam in ratione virtutis, quam in ratione sacramenti considerate, agit Divus Thomas de principiis eius effectibus: Primo quidem de remissione peccatorum mortalium questione 86. Deinde venialium remissione quæst. 87. Polles horum effectuum irrevocabilitatem explicat, & peccata per penitentiam remissa non redire per subfeques peccatum ostendit. Denim quæst. 89. de alio differunt penitentie effecta, nimirum de recuperatione virtutum, ac reviviscentia mortuorum per peccatum precedens mortuorum. De his omnibus in hac & tribus sequentibus disputationibus nos etiam breviter differemus.

A R T I C U L U S I.

An per Penitentiam omnia peccata mortalia, quantanimum gracia, remitti possunt?

Non tamendum primo, hanc penitentie non solum esse de sacramento penitentie, sed etiam de virtute penitentie, quia per contritionem extra sacramentum vim habet justificandi, & remittendi peccata; ut infra dicemus. Notandum secundo, dupliciter intelligi posse, quod aliqua peccata non possint remitti per penitentiam. Primo, quia non possunt subiici penitentie, defectu auxiliū ad penitentem necessarii. Secundo, quia licet illi subiiciatur, non est in illa virtus sufficiens ad delenda ejusmodi peccata. Et in hoc tantum sensu præsentem difficultatem movemus, quia in primo sensu eam in Tractatu de predestinatione disp. 5. art. 5. §. 6. plene resolvimus: ibi enim cum duobus illustrissimis Cardinalibus, Cajetano Schilicet, & Bellarmino, docuimus, Deum peccatoribus executas ac induratas subtrahere interdum, in peccatum predecedentium peccatorum, omnia auxilia supernaturalia, & sui defortores ita delerere, ut omni tam sufficienti quam efficaci gratia, sicutem per aliquod tempus, privantur, juxta illud Isidorii lib. 2. de fummo bono. cap. 15. Nonnulli illi despiciunt de Deo, ut deplorare mala sua non possint, etiam se velint. Et illud Augustini de natura & gratia cap. 67. illud est peccata pessima iustissima, ut quic velim facere cum posset nullus, omnis posse cum velint. Hanc sententiam expresso docet Aravius hic art. 2. dubio 1. ubi licet admittat auxiliū ad penitentem sufficientem omnibus offerit a Deo; negat tamen illi semper pro omni tempore, & in omnibus adulitis, intrinsecus recipi, & citas pro hac sententia Sotius, & Nugio. His premisis, pro resolutione difficultatis proprie, contra Novatianos, Montanistas, & alios antiquos hereticos afferentes nullam penitentiam esse validam pro peccatis que committuntur post Baptismum, & quedam esse peccata adeo gravis, ut nullam penitentiam deleri.

Dico breviter, tam in virtute, quam in sacramento penitentie, esse efficaciam sufficiendum ad delenda quaque peccata, nisi rite subiecta; ita ut nullum sit peccatum, quod remitti non possit, si vera de illo habeatur penitentia.

Conclusio est certa de fide, & probatur primo ex illis Scripturis testimoniis, in quibus abhinc illa limitatione aut restrictione promittitur vere contritus remissio omnium peccatorum: Ezechiel. 18. Si impius erigerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, omnia iugisatum eius non recordabitur. Et statim subdit: Numquid voluntatis mea est mori impi, dicit Dominus Deus, & non ut convertatur a viii

De remissione Peccatorum Mortalium.

239

Ergo sunt aliqua peccata, pro quibus nulla sufficiens est penitentia.

Ad primum respondeo, peccatum in Spiritum Sanctum 10 vocari illud quod committitur scienter & patente contra divinitatem, ut colligitur ex toto proposito Christi. Pharisæi enim quos accusat peccati in Spiritum Sanctum, nihil aliud dixerant, quam eum in Belzebub principe demoniorum ejercere demona, quod erat negare divinitatem Christi. Et ex Marco cap. 3. qui hunc locum magis expoluit, reddens rationem cur Christus ita respondisset, quia (inquit) dixerant, spiritum immundum habet.

Quæret aliquis, cur ergo vocatur peccatum in Spiritum Sanctum, cum dictum sit contra divinitatem totam, praeterit autem Christi? Respondeo ita tale per attributionem, non quod non sit contra Patrem & Filium, sed quia peccatum quod committitur contra divinitatem quantum nobis remittit peccata, committitur contra bonitatem, quia est maxima causa cur nobis peccata remittuntur, & quia bonitas tributari Spiritui Sancto, vocatur peccatum in Spiritum Sanctum. Cur vero illud dicatur irremissibile, explicat S. Thomas 2. 2. qu. 14. art. 3. his verbis: Sicne aliquis morbus dicitur incurabilis secundum naturam morbi vel medicina, licet sicut morbum Deus possit curare: Ita siem peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremissibile secundum suam naturam, in quantum excludit ea per quae sit remissio peccatorum (nimis auxilia divina gracie, quorum largitio specialisti Spiritui Sancto tributari) Per hoc iam non precluditur via remittendi & sanandi omnipotentis & misericordia Dei, per quam aliquando tales quæsi mirabiles spiritualiter sanantur. Unde idem est hoc peccatum non remitti, ac difficile remitti; quod enim difficile fit, impossibile moraliter reparatur. Addit Santos Doctor hic artic. 1. ad 3. dici hoc peccatum irremissibile in hoc saeculo, & in futuro, quia punitur in hoc factu, & in futuro.

Tertio probatur, quia opposita sententia derogat non solum divina fidelitati, ut ostensum est, sed etiam patagre videtur cum summo illo amore, quia sit Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum dare, ut omnis qui credit in eum non perire, Joann. 3. & quo proprio filio non periperit, sed pre nobis omnibus tradidit illum, ad Rom. 8. Nam quo pacto pro nobis omnibus tradidit illum, ut omnis qui in eum credet, non periret, si non omnia peccata possint per fidem & conversionem in Christum dereliquerit. Valde etiam derogat copiosa redemptioni Christi, a qua nullus mortal, quantumcumque peccator exclusitur, & ad quam pertinet ut sit universalis redemptio omnium peccatorum, iuxta 1. Joann. 2. Si quis peccaverit, (hoc est quocunque genere peccati) Advocatus habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipso est propitiatione pro peccatis nostris; non pro nobis autem tantum, sed etiam pro eis mundi. Item, Vincetur quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum vellet deleri, quod Deus delere non volat, ut sit S. Thomas hic artic. 1. in corpore. Unde Novatianus & Montanitanus error, multum derogat misericordia Dei, de quo dicit Joel. 2. quod benigne & misericors est, & patiens, & multa misericordie, & praefatis super malis, quod ad præstantiam bonitatis convertuntur, a quo homines rareficiunt & difficultime convertuntur; pro quo non prohibetur absolute ut nullus ore, sed ut non quicquam, sed aliquis magna sanctitas vir; cum enim tale delictum gravissimum sit, magno est deprecatore. Unde Augustinus loco citato docet de nullo quamvis peccato in hac vita esse desperandum, Quis pro illo (inquit) non imprudenter oratur, de quo non desperatur. Tertio item Santos Doctor ferm. 59. de tempore interpretatur peccatum ad mortem, infidelitatem, non qualibet, sed ejus qui ante fuisse Christianus: nam qui Christianus est, etiam si peccator sit, adhuc est quodammodo vivus; qui autem fidei delerit, omnino mortus est, & sibi omnem spem salutis precidit. Propterea Joannes tamquam pro homine desperatur dicit non esse orandum,

A R T I C U L U S II.

Utrum peccatum mortale sine penitentia deleri nequeat, nec unum peccatum remitti sine alio?

Dico primo regulariter & per se loquendo, ad remissione peccatorum mortalium extra sacramentum, requiri in adultis actum penitentie formale, nimirum contritionem, qui doleant de peccatis commissis. Ita Divinus Thomas hic art. 2. ubi dicit ad remissionem offendit, quod subiecti (scilicet regulariter) quod voluntas dereliquerit peccatum, cum proposito emende, quod pertinet ad penitentiam formalem. Idque confitat manifestissimi Scripturae testimonios, quibus afferuntur non dimitti peccatum absque penitentia: Eccl. 2. Si penitentiam non egimus, inuidemus in manus Domini, Luca 13. Nisi penitentiam egimus, omnes simili peribitis.

Exstat etiam definitio Tridentini fess. 14. cap. 1. sic dicitur: Enit penitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinaverint, quovis tempore ad gratiam Christi afferiuntur, & auctoritate eius remittitur, deinceps auctoritate eius invenientur. Et rursus cap. 14. Enit quovis tempore (inquit) ad imperandam veniam peccatorum, si contritione motus necessarius. Logi autem Concilium de contritione formaliter liquet, tum ex eius definitione, quam in art. 2. dicitur: Enit penitentia non remitti, neque in futuro, & 1. Joann. 5. sic dicitur: Enit peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut reges quis, qui scilicet post peccatum remitti:

6. Contra illam conclusionem, prater testimoniam ex capitulo 6. & 10. Epistola ad Hebreos, 2. Novatianus oppositum, & dicitur artic. 1. explicata, obiectum primo quod Iesu non invente penitentiam locum, licet cum lacrymis quavis illam eam: ad Hebreos 12. & Antochos penitentis misericordiam consecutus non fuerit. 2. Machab. 9.

7. Sed responderetur cum D. Thomas hic artic. 1. ad 1. quod Iesu non vere penitit, quod patet ex hoc quod dixit, Veneris lacrimis patris mei, Occidam Jacob fratrem meum. Si mulier erat ne Antiochus vere penitit, dolens enim de culpa præterita, non propter offenditum Dei, sed propter infidelitatem corporalem quam patiebar.

8. Dicit etiam potest, prioris loci sensum esse, non potuisse Iesum lacrymis suis efficeri, ut patrem suum Isaac pati potestebat, & rugiens potestebat, Genes. 27.

9. Obiectum secundo: Christus Matthæi 12. Marci 3. & Luca 12. sit, peccatum in Spiritum Sanctum nunquam remitti, neque in hoc saeculo, neque in futuro, & 1. Joann. 5. sic dicitur: Enit peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut reges quis, qui scilicet post peccatum remitti:

Ratio etiam suffragatur: Homo enim qui se convertit in Deum, non solum tenetur recedere a peccato, ut vel malum

Malum Dei, & quatenus opponitur bono divino, sed etiam debet recedere ab illo, ut est Dei injury, & quantum violat ius divinum; ratio enim naturalis potulat, ut qui injuriam intulit, & de ea dolet, & in quantum fieri posset, eam compensare conetur: Sed dolor de peccato, ut est injury Dei, & quatenus opponitur iuri divino, pertinet ad penitentiam, & non ad caritatem, qua solum habet detestari peccatum, in quantum est malum Dei, & prout bono divino contrarium, ut disputa precedens art. 3. ostendimus: Ergo regulariter & per se loquendo ad justificationem adulti requiriuntur actus formalis penitentiae.

14 Dico secundo, per accidens, & in aliquo casu extraordinario, ad remissionem peccatorum sufficere penitentiam virtualis.

Probatur breviter conclusio, contra Melchiorem Canum, & Petrum a Soto, existimantes ad justificationem & remissionem peccatorum, semper & indispensabiliter requiri contritionem, qua voluntas doleat de peccato, illudque detestetur. Si aliquis ita subito raperetur ad martyrium, ut non haberet tempus recognoscendi peccata, & eliceret actu caritatis, vel etiam actum attritionis cum actuali martyrio, recuperet gratiam, & justificaretur: **Tum quis**, ut in Tractatu de Baptismo disput. 1. artic. 7. ostendimus, passio pro Christo suscepit, obtinet via Baptismi, & confert gratiam ex opere operato: **Tum etiam** quia actus caritatis, cum sit actus amicitiae, habet nequit sine gratia; amicitia enim requirit mutuum amorem; amor vero erga nos, in ordine ad finem supernaturalis, nequit esse sine gratia sanctificante, ut in Tractatu de gratia disp. 2. art. 1. demonstravimus; unde si aliquis in peccato existens, ex obliuione omnino inculpabili existimet se nullum habere peccatum mortale, & actu caritatis eliciat, sine dubio ei remittetur peccatum, & justificabitur sine ullo actu formalis penitentiae, per solam virtualis penitentiam in actu caritatis, tamquam in aliquo eminentiori contentant: **Caritas enim operis multitudinem peccatorum**, ut dicitur 1. Petri 4. Et 1. Joana 4. **Qui manus in caritate, in Deo manet**: Non ergo illa qui elicit actu dilectionis super omnia, manet in peccato, alias habent tunc duo ultimos fines, nempe Deum, ratione caritatis, & creaturam, ratione peccati mortalis; quod implicat, ut in Tractatu de ultimo fine disp. 1. art. 6. ostensum sit.

15 Addo non esse improbatibile, posse peccatorem actu distinctionis Dei super omnia elicare, subindeque justificari; non tantum si martyrium sivebatur, aut peccator oblitus sit, aut non advertat ad corum detectionem, sed etiam licet de illis cogitet si tunc non urgat necessitas exercendi formalis actu contritionis, nec infest preceptum procurandi justificationem per penitentiam formalem. Nam si formalis penitentia non est pro illo instanti necessaria ex praecepto, nulla est ratio cur sine illa nequeat actus formalis distinctionis exerceri: Atqui non constat quod sit ita necessaria ex praecepto, ut debet adhiberi quotiescumque queritur peccatorum remissio: praeceptum enim penitentie (ut communiter docent Theologi) non obligat statim post peccatum commissum, aut aliquo tempore determinato, nisi sit extrema necessitas, ut quando imminent periculum mortis, aut obligatio recipienda vel administrandi aliquod sacramentum: Ergo, &c. Si tamen vult peccator contreri, & praeceptum contritionis pro illo inlanti urget, neque sine gravi peccato ultraferri posset, tunc peccator veniret Dei amorem super omnia habere, nisi habeat voluntatem implendi omnia eius praecepta, quando urget eorum obligatio, juxta illud Christi ad Discipulos Joann. 14. si diligitis me, mandata mea servate.

16 Ex dictis in hac conclusione intelliges, quod quando penitentia dicitur necessaria necesse medi aliquid, hoc debet intelligi de penitentia formalis aut virtuali, non quam enim, ut ostendimus, ad justificationem & salutem sufficit sola penitentia virtualis, nimirum attrito, cum actuali martyrio, vel actu caritatis, in quo tamquam in aliquo eminentiori totus virtus & efficacia penitentiae contingunt, ideoque virtualis penitentiae dicuntur.

Dico tertio, de potentia Dei absoluta peccata remitti possunt, absque ullo actu penitentiae tam formalis quam virtualis. Ita ex Thomistis docent Ledelius, Nugio, & ali, contra Petrum Soto, & Dominicum Soto, id repugnare existimantes.

17 Probatur primo conclusio: Potest Deus peccatorem dormientem, ac proprie nullum penitentiae formalis aut virtualis actu eliciente, justificare, infundendo gratiam & caritatem: Atqui in tali casu peccata remitterentur; Ergo de potentia Dei absoluta peccata remitti possunt absque ullo actu penitentiae tam formalis quam virtualis. Minor constat: nam gratia & caritas ex natura Dei

repugnant cum peccato, quia habent effectus formales oppositos; gratia enim reddit hominem Dei amicum, & ipsi gratiam & acceptum, & caritas ipsum in Deum & quaque in ultimum finem converxit: At vero peccatum redit hominem Deo exosum, & ejus inimicum, ab eoque ut ab ultimo fine ipsum avertit. Major autem probatur: **Tum** quia actus penitentiae formalis aut virtualis, non est forma justificans formaliter hominem, sed tantum dispositio ad formam justificantem, icticet gratiam. Ut in Tractatu de justificatione disp. 1. art. 3. contra Vasquez ostendimus: Deus autem potest de potentia absoluta producere & comunicare formam sine dispositionibus, ut patet in naturalibus. **Tum etiam**, quia Deus in sacramento Baptismi de tacto infundit gratiam parvulus sine ipsius confusione, & absque ullo actu ab ipsi elicito: Ergo id quoque poterit etiam extra sacramentum, respetu adiutorium.

Probatur secundo conclusio: Potest Deus naturam hominis peccatoris assimilare ad suam personam, etiam ipso homine nihil operante, nec actu penitentiae formalis aut virtualis efficiere: Sed in tali casu peccatum non maneret in illa natura si afflupps: Ergo de potentia Dei absoluta potest tolli peccatum absque ullo actu penitentiae tam formalis quam virtualis. Major constat. Minor etiam est manifestum: **Tum** quia repugnat peccatum esse in homine qui est Deus, sic enim Deus seu persona divina diceretur auctor a Deo, habendo humanitatem averlam per peccatum. **Tum** etiam quia si gratia habitualis est impossibilis cum peccato, quia est participatio divinitatis, & sanctitatis increata, a fortiori gratia unius, que est ipsam et in natura, & sanctitas increata, expelli peccatum. & cum eoflare nequit. De quo fule in Tractatu de Incarnatione disp. 2c. art. 1.

Probatur tertio conclusio: Deus potest hominem peccatum elevare ad vires beatificum; in hoc enim nulla videtur esse pregnanlia: Sed hoc ipso illo homo justificatur & mundatur a peccatis: si enim peccatum non compatur cum gratia, multo minus cum beatitudine, que est gratia consummata, & perfecta uno cum Deo: Ergo sine penitentia potest tolli peccatum.

Objecies prima contra istam conclusionem: D. Thomas 20 hic artic. 2. ait quod impossibile est sine penitentia remitti peccatum: Sed non loquitur ibi de potentia Dei ordinaria: Ergo vult non potest, etiam de potentia absoluta, remitti peccatum sine penitentia. Minor probatur: si loqueretur de potentia ordinaria, nulla est differencia quam ibi statuit inter penitentiam ut est virtus, & inter penitentiam ut est sacramentum: dicens impossibile esse remitti peccatum sine virtute penitentiae, non autem sine sacramento penitentiae. Sequela pater, quia etiam sine sacramento penitentiae non potest remitti peccatum, de potentia ordinaria.

Respondeo negando Minorem, & ad ejus probationem, 21 teleguelam; differentia enim quam ibi statuit D. Thomas, constituit in eo quod sine penitentia ut est virtus, in nullo statu potest remitti peccatum, de via ordinaria, cum tamen sine sacramento penitentiae possit in aliquo modo remitti, in illo felicitate qui fuit ante legem Evangelicam: **Sicut** (inquit) remisit Christus mulier adulteri, us legitim Joann. 8. & peccatori, us legitim Luce 7. quibus tamen non remisit peccata sine virtute penitentiae.

Objecies secundo: Culpa est malum voluntarium: Ergo non potest tolli, nisi voluntate mutata.

Respondeo: **Censo** Antecedente, distinguendo Consequens: nisi voluntate mutata, per infusionem habitus gratiae & caritatis, concedo. Per actu penitentiae, nego: Si enim Deus peccatores dormientibus habitum gratiae & caritatis infunderet, hoc ipso illum justificaret, & peccati maculam pro eo tolleret; cum macula peccati in privatione gratiae habitualis confitatur, ut in Tractatu de peccato disp. 8. art. 3. ostensum est, & impossibile sit removere privationem cum forma oppida.

Dices: In eo casu tolleretur quidem macula peccati, 23 ut est quid physicum, non vero ut est quid morale & voluntarium. Ergo non tolleretur ut haberet rationem peccati habitualis.

Respondeo, negando Antecedens: nam quando aliquis fuit, etiam nobis neccensitatis, in nostram utilitatem, conferunt virtualiter seu interpretative eis conferunt, atque adeo talis peccator dormiens, conferunt virtualiter & interpretative infusioni habitus gratiae & caritatis, subindeque destructioni macula peccati, seu peccati habitualis, conferunt, unde statim siue excitatus esset, aut intra breve tempus, eliceret actu contritionis & caritatis: quia hoc ad suaveniem Dei providentiam pertinet, quae non vult destruere naturas rerum.

Objecies tertio: Implicat peccatum remitti adulto, nisi 24 libere convertatur in Deum: Sed non potest libere converti in Deum, sine actu penitentiae formalis aut virtualis: Ergo nec ipsi peccatum remitti, sine formalis aut virtuali penitentia. Major probatur: Non potest libera avercio a Deo tolli, nisi per liberam conversionem in

De remissione Peccatorum Mortalium.

Deum: Sed peccatum adulto est libera avercio a Deo: Ergo non potest peccatum remitti adulto, nisi libere convertatur in Deum.

Respondeo: distinguendo Majorem, nisi libere convertatur in Deum, acta, vel habitu, concedo. Actu semper, nego. Sicut enim avercio a Deo, que in peccato habituali reperitur, non est nisi habitualis (actualis enim cum peccato actuali transfit) ita & per conversionem habituali ipsi oppositam potest tolli; talis autem conversionis habitualis sit per habitus gratiae & caritatis a Deo infusos, unde ad illam actus penitentiae formalis aut virtualis non requiruntur.

16 Dico quartu, penitentiam ita remittere omnium peccatorum, ut non possit, etiam de potentia absoluta, unum remitti sine alio: Ita D. Thomas hic art. 3. & Thomist communiter, contra Scotum, Suarez, & alios, existimantes, Deum possit remittere peccata, per solam extrinsecam condonationem, absque infinitio gratiae, & sine ulla intrinsecis hominis mutatione, quos in Tractatu de justificatione disp. 1. artic. 4. sive impugnavimus. Unde ex principio ibi statutus probatur breviter nostra conclusio. Non potest Deus, etiam de potentia absoluta, in statu elevationis nature humanae ad ordinem supernaturalem, remittere peccatum, nisi infundendo gratiam: Sed non potest, etiam de eadem potentia, gratia simul stare cum aliquo peccato: Ergo non potest, etiam de potentia absoluta, remitti unum peccatum sine alio. Major loco citato, s. 4. fuit probata. Minorem etiam ibidem art. 5. varii rationibus demonstravimus: unde ad predictum de justificatione Tractatum, Lectionem remittimus, ne eadem hic iniustiter repetamus.

ARTICULUS III.

An entruo perfecta semper habeat conjunctam remissionem peccatorum mortalium, etiam ante receptionem sacramenti Iustificationis?

27 Partem negantem tenent aliqui recentiores, existimantes contritionem caritatis perfectam, non semper, immo nec frequenter, annexam habere remissionem peccatorum, ante susceptionem sacramenti, nisi in articulo moris, & in casu necessitatibus, in quo nequit penitentia extra eas necessaria, sive martyrii, sine actuali susceptione sacramenti: Et illa num. 31. Caritas perfecta & sincera, que est ex corde puro & conscientia bona, & sive nisi filia, sive in Catechismis, quae in penitentibus, potest esse sine remissione peccatorum. Item hec num. 32. Caritas illa que ex pleniori legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.

Nec valet quod aliqui respondent, nempe in his propositionibus Pontifices solum damnam: **potest** habituem caritatem sive cum peccato. Nam Bajus quem damnatur intendit, in citatis propositionibus loquitur precipe de caritate actuali; de enim caritate loquitur, quae ut dispositio praequiritur ad remissionem peccatorum in sacramento obtinendam, ut constat ex propositione 67. Sed hoc est actualis, cum ad sacramenta sciplenda non disponamus per habitus, sed per actus: Ergo loquitur de caritate actuali. Item loquitur de caritate, qua lex & praecepta adimplentur, ut liquet ex propositione 30. Hoc autem non est habitualis, sed actualis, cum non per habitus, sed per actus, praecepta adimplentur. Ergo, &c.

Hic accedit Catechismus Romanus, qui de sacramento penitentiae 5. sed quoniam, docet contritionem statim peccata remittere, hominemque Deo perferte reconciliare: **Quia etiam statim, ut eam mentibus nostris concepiimus, peccatorum remissionem nobis a Deo tribui.** Idemque ibidem confirmat, tum ex verbis Psalmis supra relatis: **Dixit confitebor adversario meo iniquitatem meam Domino, & tu remissisti impietas mea peccata mea.** Tum exempli decem leprosum, qui Luca 17. a Christo ad Sacerdotes misiti, ut a lepra mundarentur, mundati sunt, antequam ad illos pervenirent. Ex quo colligit: **eam vim esse contritionis, ut illius beneficio, omnium delitorum veniam statim a Domino imperante, etiam antiquam perveniam ad generaliter absolviendum.**

Probatur quarto conclusio ex duplice usi Ecclesie, 33 que primo permittit ut peccatores sibi confici peccati mortalium, accedant ad sacramenta, etiam illa que vivorum appellantur, quia supponunt statum gratiae: dummodo premittant actus contritionis, excepta Eucharistia, de qua tamen id etiam permittit in casu necessitatis: Ergo Ecclesia supponit eos per contritionem justificari, sine sacramento penitentiae. Item Summi Pontifices indulgentias sepe concedunt foliis contritis, & non confessis: Ergo haec concessione supponunt, post peccatores per solam contritionem consequi remissionem peccatorum, & statum gratiae, qui necessarius est ad fructum indulgentiam percependum.

Demum suaderi potest conclusio quatuor rationibus, 34 Primis est: **Contritus est ultima dispositio ad gratiam satisfacientem, quam ex natura rei & necessario comitatur: Sed gratia est incompossibilis cum peccato, saitem de lege Dei ordinaria: Ergo contritus secundum defert infallibiliter remissionem omnium peccatorum, nec ad illam obtinendam, absolviendum Sacerdos expectat.** Secun-

35 Secunda est: Cariess est perfecta amicitia inter Deum & hominem, ut docet D. Thomas 2. 2. quasi. 23. art. 1. & nos sive offendimus in Tractatu de virtutibus Theologicis; unde impossibile est quod peccator actum caritatis elicit, nisi ex parte Dei respondent actus amicitiae erga illum, iuxta illud Proverb. 8. Ego diligenter diligo: Sed amor Dei erga hominem, infallibiliter adiunctam habet remissionem omnium peccatorum: Tum quia talis amor nequius esse sine grata habituali, quemcum peccato incompossibilis est: Tum etiam, quia talis amor reddit hominem Deo gratum & acceptum, quod non posset praeferre, nisi haberet infallibiliter adjunctionem remissionem omnium peccatorum, cum peccatum redat hominem Deo exolum & abominabilem: Ergo actus caritatis adiunctam habet infallibiliter remissionem omnium peccatorum.

36 Tertia ratio: Deus non minus promis est ad praemianendum, quam ad puniendum: Ergo sicut nulla interposita mora, statim post peccatum anterior a iusto iudicio; ita nulla interposta mora, statim post contritionem restituitur peccatori iustitia seu gratia iustificans, quaeratur per peccatum sublata; subindeque ipsi remittuntur peccata, quae cum tali gratia & iustitia incompossibiliter sunt.
